



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Vicentin. Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

Romani Pontificis Lib. I.

31

H V B A L D O P I S A N O
Archiepiscopo, ejusque successoribus
canonicè substituendis in perpetuum.

Epiſt. 56.
De conſirma-
tione Turita-
nen, Calaritan.
& Arbonen,
provinciarum
primatus.

Vide Acta In-
nocentij II apud
Baron. ad an-
no. 5. 6.

SI sua cuique jura illibata servamus, & eos qui in Ecclesia Dei pro injuncto sibi officio & devotione sincera plus alii elaborant, dignæ retributionis vicissitudine diligenter ac specialius honoramus, quod nostrum est juxta commune debitum, sicut debemus, exequimur, & apostolicae sedis honorem integrè custodimus. Proinde cum felicis memoriae prædecessor noster Innocentius Papa de discordia & guerra, quæ inter Pisani. & Ianuen. civitates extitit, multas hominum clades & Christianorum captivitates innumeræ provenisse considerans, utriusque partis saluti tam spiritualiter quam temporaliter paterna solicitudine studuerit providere, atque pro bono pacis, & recompensatione episcopatum, quos utique a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Ecclesiæ Pisaniæ concessos in insula Corsica à prædecessore tuo bona memoriae Archiepiscopo Vberto accepit, in Galuren. judicatu duos episcopatus, Galterlin. videlicet & Civitaten. & Populonien. episcopatus, sibi ejusque successoribus, & per eos Ecclesiæ Pisaniæ concesserit, & metropolitico jure subjecerit; Nos, qui in sedis apostolicae administratione, licet indigni, disponente Domino sibi successimus, eandem concessionem, antecessorum nostrorum bona memoriae Adriani, Alexandri, Clementis, & Celestini Papæ vestigiis inhærentes, auctoritate apostolica confirmamus, & ratam manere censemus. Prædecessorum quoque nostrorum vestigiis inhærentes, vobis primatus honorem Turitan. provinciæ confirmamus. Ad majorem etiam honoris cumulum Pisani. civitatis, ut Pisani. Ecclesia cum universo ejusdem civitatis populo in fidelitate atque devotione sacrosanctæ Romanae Ecclesiæ jugiter perseveret, & in ipsa quotidie augmentetur, pro devotione quoque & honestate tua frater Vbalde Pisane Archiepiscopo, personam tuam & per te Pisani. Ecclesiam ampliori munere volunus decorari. Tibi ergo tuisque successoribus primatum super Calaritan. & *Arbonen. provincias datum concedimus, & auctoritate sedis apostolicae confirmando; ita quidem ut eos ad Concilium vocandi, excessus eorum corrigendi, & in doctrina apostolica confitmandi, atque cetera omnia, quæ ad jus primatus pertinent, in eos exercendi habeatis liberam facultatem. Veruntamen supradictarum duarum provinciarum Archiepiscopos ad Concilium non vocabitis Pisaniæ, sine conscientia Rom. Pontificis. Super Turitan. verò provinciam, dignitatem primatus, sicut à prædecessoribus nostris Ecclesiæ Pisaniæ concessum est, habeatis. Legationem quoque Sardiniae à prædecessore nostro Papa Urbano prædecessoribus tuis concessam, & felicis memoriae Innocentij, atque Anastasi, & Celestini Romanorum Pontificum privilegiis in perpetuum roboratam, tibi tuisque successoribus presentis scripti pagina confirmamus, & confirmationem ipsam ratam & inconvulsam perpetuis temporibus decernimus permanere. Denique ut Pisani. civitas, quæ favore cœlestis numinis de inimicis Christiani nominis victoriæ frequenter obtinuit, & eorum urbes plurimas subjugavit, amplius honoretur, equo albo cum *nacho albo in processionibus utendi, & crucem, vexillum scilicet dominicum, per subiectas vobis provincias portandi, & per spacium illud Wlteran. episcopatus, quo de Pisani. episcopatu ad Populonien. transitur, tibi tuisque successoribus licentiam damus. Pallij quoque usum fraternali tuae concedimus, ut videlicet eo secundum consuetudinem Pisani. Ecclesiæ perfruaris, & in consecrationibus trium Episcoporum in Corsica, Alerien. videlicet, Adiacen. & Sagonen. ac prædictorum duorum in Sardinia, & Populonien. Episcopi, quorum Metropolitanus existis. Si quæ igitur in futurum &c. Datum Laterani.

VICENTIN. EPISCOPO.

AD aures apostolatus nostri pervenit quod cum quidam parochiani aut diabolico bona memoriae I. quondam Vicentin. Episcopum prædecessorem tuum nequiter peremissa, feuda & beneficia, quæ à Vicentin. Ecclesia obtinebant, ipsis per sententiam fuerunt cum multa deliberatione sublata. Quia igitur majori etiam sunt animadversione plebendi, nos bona memoriae Celestini Papæ prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, tam tibi quam successoribus tuis *inhibemus, ne alicui

Epiſt. 57.
Vt feuda, &
beneficia inter-
fectoribus Vi-
centin. Episcopi
per sententiam
sublata non re-
ſituauerit el-
dem, nec alia
conferantur.
Cap. Ad aures
de penit.

*In qua ria Col-
lezione & apud

*Apud Vgħallia,
Albateniem.

*Gregorium IX.
legitur, aucto-
ritate apostoli-
ca prohibemus.*

ex prædictis malefactoribus, aut eorum heredibus, prædicta beneficia restituantur ulterius, seu de novo eis alia quælibet conferantur. Si quis autem (quod non credimus) contra hoc aliquid attenterat, ipsum auctoritate apostolica decernimus officij beneficiique sui dignitate carere. Quod si aliquæ literæ aliquando super hoc apparuerint impetrata, quæ totius facti non contineant veritatem, illas penitus vacuamus. Volumus etiam ut præsens pagina sub Sacristæ Ecclesiae Vicentia custodia deponatur, & Episcopo Vincentio qui pro tempore fuerit, annis singulis ostendatur. Nulli ergo &c. Datum Laterani XII. Kalend. Aprilis.

ZAMOREN. EPISCOPO.

*Epiſt. 52.
De relaxione
ſententiae quam
Legatus Eccle-
ſie Rom. in
ipſum & Eccle-
ſiam tulerat
Zamoren.*

Præter debitum officij pastoralis, quod nos omnibus constituit debitores, personam tuam tanto amplius diligimus, & sinceriū amplexamur, quanto amplius es prædictus scientia literarum, & tam in canonico quam civili jure peritus. Hoc siquidem attendentes, cum ad sedem apostolicam, dum adhuc bona memoria Cel. Papa prædecessor noster viveret, accessisse, ab excommunicationis sententia, quam dilectus filius noster G. sancti Angeli diacon. Card. in te, dum in partibus Hispaniae legationis fungeretur officio, tulerat, te & Ecclesiam Zamoren. absolvimus; & peenam, si quam ex eo quod celebraveras post interdicti & excommunicacionis sententiam, quam in te post appellacionem interpositam eundem Cardinalem tulisse dicebas, merueras, tibi & Ecclesiae tuæ de sedis apostolicæ benignitate remisimus, & cum plenitudine gratiae nostræ te ad propria duximus remittendum. Datum Laterani VII. Kalend. Aprilis.

S A N C T Æ M A R I Æ
& sancti Petri Decanis, & VV.
Cancellario Landunensi.

*Epiſt. 59.
De cauſe co-
gnitione, qua
inter Archidia-
conum &
magistrum R.
Balbum ſuper
donatione Ec-
clesie de Asche-
ri.*

Vm accessissent ad apostolicæ sedis præsentiam dilecti filij E. presbyter, & T. clericus, pro quæſione quæ vertebarunt inter dilectos filios H. archidiaconum Laudunen. & magistrum R. Balbum ſuper donatione Ecclesie de Ascheri, eis dilectum filium nostrum I. tituli sancti Stephani in Cælio Monte Presbyterum Cardin. concessimus audi-

torem: in cuius fuit præſentia ex parte præfati magistri R. & sacerdotis ab eo præſentati taliter allegatum, quod cùm Ecclesia prædicta vacaret, cujus donatio dictis R. Canonico & H. Archidiacono Laudun. pertinebat, Archidiaconus eam cùdam puero, nondum vigesimum annum attigenti, contulit, memorato magistro penitus reclamante. Cùmque idem magister Archidiaconum memoratum rogasset ut in perfonam idoneam convenientem, ipse archidiaconus propositum mutare nolens, Ecclesiam eandem prælibato E. presbytero contulit, qui in ea posset personaliter defervire; & ne super hoc in præjudicium ſuum aliquid fieret, ad ſedem apostolica appellavit. E contra pro parte adverſa nuncius repondebat, quod præfatus Archidiaconus præfatam Ecclesiam, in ſuo Archidiaconatu poſitam, tanquam ipsius loci Archidiaconus, & patronus, cùdam ſubdiacono literatura & moribus commendando confeſſit. Et ferè ſuper Ecclesia ipſa, quantum eft in narratione negocij, una erat partis allegatio utriusque. Cùm igitur juxta ſacrorum canonum iuſtituta illi ſint in domo Domini præferendi, qui majoribus ſtudiis & meritis adjuvantur, nec infra ætatem legitimam conſtitutis animarum cura tribui debeat vel committi; discretioni veſtræ per apostolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi legitime vobis conſtiterit ius patronatus ejusdem Ecclesie ad illos duos communiter pertinere, ac præfatum Archidiaconum reclamante jam dicto magistro R. Ecclesiam memoratam illi, qui nondum ætatis ſuæ annum vigesimum attigile proponit, contuliffe, vos ejus penitus ordinatione caſtata, ſæpenominatam Ecclesiam, non obſtantе contradictione vel appellatione cuiuslibet, memorato E. ſacerdoti, (de quo nobis à multis laudabile testimonium perhibetur) ſi idoneus eſt, auctoritate apostolica affigetis, & faciatis iſum eandem pacificè poſſidere, ducentes in ſtatutum pristinum quicquid poſt appellacionem ad ſedem apostolicam legitime interpoſitam temerè noveritis attentatum; nullis obſtantibus literis, ſi quæ apparuerint à ſede apostolica præter aſſentum partium impetrata. Datum Laterani ix. Kal. Aprilis.

LVCEN.

*Leſt. in epiſt.
ad Anaphagam
Thessalon.*